Universitätsbibliothek Paderborn

Idea Theologiæ Specvlativæ

Petrus <a Sancto Josepho>

Coloniæ, 1648

Approbatio Doctorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38884

Visual Library

APPROBATIO
Doctorum.

NOs infraſcripti ſacræ Facultatis Theologicæ Pariſienſis Doctores, *Ideam ſpeculativæ Theologiæ ſtudio, & labore D. Petri à S.to Joſeph Fulienſis expreſſam*; ratione & animo luſtravimus, & attentè inſpeximus: nihilque in ea deprehendimus: quod vel doctrinæ, quam ſancta ſeu Romana Eccleſia profitetur, puritatem, vel morum probitatem offendat. Et quia licet ſingulari arte elaborata, vivisque coloribus in commoda brevitate efformata, tamen lumen deſiderabat, ut ſplendeſceret, & ab omnibus videretur, dignam eſſe quæ in lucem prodeat æſtimavimus: & teſtimonio noſtro confirmavimus eò libentius, quò excellentius & utilius opus judicavimus: neque ingratum fore Theologiæ vel Magiſtris ſpecierum refricatione, vel tyronibus compendio brevi non obſcuro tamen ſacræ doctrinæ ſummam exhibendo. Datum 12. Maii 1648.

I. HOBIER.

M. BOVLLE.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN